Causarum terminos Nullis modis collocationibus Motionibus applicationibus ea
rumque per additiones prosequutionibus Evasionibus peremptis suspensioni
bus poenis tertium marcarum dilationibus ad quietationem vel legalibus qui
buscunque impedimentis Statutisque et Constitutionibus laudat et laudanda
differenda prolonganda atque se eximienda suo se cum successoribus omnibus quae
iuris remediis quaecunque contra inscriptionem praesentem quocunque modo militari possent
toti renunciando et abdicando sue et suorum successorum sub amissione totius
Causae vigore luitione vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis utique
inscriptioni praesenti et omnibus eius Contentis satisfacere tenebitur et eius successores
tenebuntur tunc quibus opus fuit Nulla exceptione in praemissis obstante.

Kopistenski quiet Baliczki

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter stans No
bilis Stanislaus Kopistensky a terris dictis iuribusque suis quibus
uis propriis recedendo foroque competenti renunciando Huic Iuridico
Castrensi Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum
hunc attinet incorporando et subiciendo Sanus mente et corpore existens publice pala
mque recognovit Quod A Generoso Martino Baliczky summam
Centum florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis debiti certi ipsi per eundem
Martinum Baliczky actis terrestribus Premisliensibus soluti pro tempore certo
tenore ipsa inscriptione assignato iamque elapso inscripta in bonis suis
Certis assecuratam totaliter et in effectu recepit ac manualiter levavit le
vatamque ad se tollit Ratione cuius receptionis et levationis summae praenominatae
Centum florenorum pecuniae eundem Martinum Baliczky et eius successores
quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat
temporibus perpetuis ipsamque inscriptionem in actis terrestribus Premisliensibus Contenta
tam sibi ab eodem super summam praenominatam serviendo Necnon totum
processum seu progressum iudicium super ipso ac bonis ipsius omnibus

pro vadio Centum florenorum pecuniae monetae polonicalis vigore eiusdem in
scriptionis ratione non stabilitionis Consortis ipsius Nobilis Dorotheae
Kudlowska ad Consentiendum super inscriptionem praedictam et omnibus
iuribus ipsius ad acta terrestria Premisliensia pro tempore ipsa inscriptione
assignato succubito Coram officio praesenti perdiderat obtenta et acquisita
in quolibet gradu et instantia iuris et dependentia Cum omnibus eiusdem
inscriptionis et processus iudicii Conditionibus praedictis Clausulis articulis
ligamentisque et nexu Cassat annihilat mortificat obliterat perpetue ac
in aeternum Sibi et suis posteris pro praemissis agendi ac repetendi inno...
cuiternum imponendo silentium praesenti sua recognitione mediante

Actum in castro Premisliensi

feria tertia ante festum Sancti Mathie apostoli proxima Anno domini Mil 22/II.
lessimo Quingentessimo octuagessimo Tertio Coram Generosis Alberto
Broslawski Ensifero terre Mediensis ac vicegerentis officii Judicis Dobro
postio Apolstii nottario castrensi Premisliensi officio et actis presentibus.

Brzoska quietat Baliczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus
Nobilis Hedwigis filia olim nobilis Danielis Baginsky Consortis
relicta olim nobilis Stanislai Buchowsky pro nunc vero Consortis
legittima nobilis Joannis Brzosky A terris dictis iuribusque suis
quibusvis propriis ac foro Competenti recedendo illisque per expressum re
nunciando Huic Iuridico Castrensi praesenti se cum successoribus ac bonis suis omnibus
quo ad actum hunc attinet incorporando et subiciendo Sana mente et Cor
pore existens publice palam ac per expressum eo Consensu eiusdem Joannis
Brzosky mariti sui ad latus suum personaliter astanti recognovit Quod
A Nobili Martino Baliczky de Woyciechow Summam Trecento
rum florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis debiti certi ipsi per eundem
Martinum Baliczky Coram Judicio et actis terrestribus Premisliensibus recogniti

solvi pro tempore certo in praesenti inscriptione assignato iamque praeterito
inscripti ac in bonis certis assecurati totaliter et in effectu recepit ac
manualiter levavit levatamque ad se tullit Ratione cuius receptionis
et levationis summae praenominatae Trecentorum florenorum praefatum Marti
num Baliczky et eius successores de eadem summa Trecentorum florenorum
pecuniae, personali consensu eiusdem mariti sui ad id accedente quie
tat liberumque ac immunem eundem suosque successores facit et pronunciat tempo
ribus perpetuis ipsamque inscriptionem in actis terrestribus Praemisliensibus contentam
ipsi ab eadem super summam praenominatam servientem cum omnibus eiusdem
condicionibus punctis clausulis articulis ligamentibusque et nexu cassat
annihilat mortificat oblitterat perpetue ac in aevum sibi et suis
posteris ratione praemissorum aeternum imponendo silentium poenis sua ratione
mediante. Quod memoriali firmatum est.

Baliczki quietat Brzoska

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus
Nobilis Martinus Baliczky a terris districtibus iuribusque suis
quibusvis propriis ac foro competenti recedens illisque per expressum
renunciando Huic iure officio praesenti iurisdictioni Castrensi Praemisliensi
se eiusque successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum hunc attinet in
corporans et subiiciens sanus mente et corpore existens publice palam ac per
expressum recognovit Quod a Nobili Hedwigi filia olim nobilis
Danielis Baginsky consorte relicta olim nobilis Stanislai Buchowski
pro nunc vero consorte legittima nobilis Joannis Brzosky summam Cen
tum florenorum pecuniae monetae usualis polonicae debiti certi ipsi per eandem
Hedwigim Brzoska actis terrestribus Praemisliensibus solvi pro tempore cer
to in praesenti inscriptione assignato iamque praeterito inscripta ac in bonis certis
assecurata totaliter et in effectu recepit ac manualiter levavit levatamque
ad se tullit Ratione cuius receptionis et levationis summae praenominatae

Centum florenorum pecuniae monetae usualis polonicae ipsam Hedwigim Brzo
ska et eius successores de eadem summa quietat liberamque ac immunem eandem ipsius
successoribus facit et pronunciat perpetue ac in aevum ipsamque inscriptionem in
actis terrestribus Praemisliensibus contentam super summam praenominatam ipsi ab
eadem Hedwigi servientem cum omnibus eiusdem inscriptionis condicionibus
punctis clausulis articulis ligamentibusque et nexu cassat annihilat morti
ficat oblitterat temporibus perpetuis sibi et suis posteris ratione praemissorum
aeternum imponendo silentium poenis sua ratione mediante.

Actum in castro Premisliensi sabbatho post festum Sancti

Mathiae Apostoli proximo Anno Domini Millessimo Quingentessimo
Octuagessimo tertio Coram Generosis Alberto Lubostawski Gla 26/II.
difero terrae vicecapitaneo et causarum officii Iudice Dobrogostio Za
polski Notario Castrensi Praemisliensi officio et actis praesentibus.

Stadniczki obligat Chmielowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Praemi
sliensibus Generosus Andreas Stadniczky de Zmigrod filius olim Generosi
Stanislai Mathei Stadniczky de eadem Zmigrod oppidi Dubiecz
ko heredis recedens a palatinalibus terris districtibus iuribusque suis qui
busvis propriis ac foro competenti renuncians Huic iure officio praesenti Castrensi
Praemisliensi iuri et iurisdictioni quo ad actum et effectum totius praesentis inscriptionis
attinet incorporans et subiiciens sanus mente et corpore existens publice palam
ac per expressum recognovit Quia bona sua hereditaria videlicet totam
et integram villam Slone cum praedio ibidem existente Nec non cum
omnibus campis pratis hortis sylvisque dictis Bukowina et Dembo
we ex utraque parte fluvii San iacentibus Cum etiam proventibus existente
silvis ac quibusvis glandem crescentibus ac Laborioso Michalko